



MARIS OCEANI
PARS.

PORTV GALLIAE
QVÆ OLIM LVSITANIA VERNAN
DO ALVARO SECCO AVTORE
RECENS DESCRIPTIO.
Gerard. de Iode, excud.

REGNI CASTELLAE PARS.

REGNI LEGIONIS PARS.

Climatis finis quarti Principium quinti et finis sexti Principium

LVSITANIA.

ad ostium latit. habens stad. 20. Strabone teste, altitudinē verò per magnā, adeò ut à nauigijs mill. 10. uetātibus nauigari facile possit. Post Tagū nobilissima flumina sunt: Munda nunc Mōdega, Vacua uel Vagus nūc uogor, Durius, Cauado nunc Morilhoque, quem Nibin antiquorū suspicari licet, & cui ab obliuione Lethes nomen inditum est, ab alijs Limia, Belioro & Ennemius nuncupatus. Postremus Minius, omnes Lusitania flū. magnitudine superans. Montes Lusitania paucos habet, eosq; haud Magnos, ut sunt quos Incola uocant Sera de Monchiquo, sera de Chaldeiarao, de Sordedas, Olim mons Luna, sera de Alcoba, de Maraon, & Tralos mons, sera de Coira, &c. Sunt & hi pleriq; lucubus nemoribusq; consiti. Minara in hoc regno ab Authoribus nulla tradūtur, prater salis fortē quandam speciem. Thermas etiam nullas reperi. Terminis autem limitatur hisce, ut ab Ortu Castella utriusque, ac Extremadura regna, quaque magis in Austrum uergit Andaluziam prouinciam contiguam habeat, Australe latus Athlanticus,

Occidentale Occiduus alluit Oceanus, Septentrionale Nimius flu. à Gallecia dirimit. Cui uerò plaga caelesti subiectum sit id regnum, uel ex ipsa pictura colliget lector, à mediò nimirum 4. climatis, ad initium usq; 6. aut paulo ultra. Incipit ab Occ. à longit. grad. 5. ubi Baiona, desinit ubi maxime in Ortum extenditur sub longit. grad. 8. mi. 15. ubi Miranda. Versus austrum initium sumit à lat. grad. 37. ubi sacrum promontorium, uulgo S. Vincentij Caput. Finitur uero ubi maxime in Boream excurrit sub latitudine grad. 43. min. 16. ubi Baioua. Vnde Austrinus eius parallelus colligitur, numero 12. Heterosciorum autem 6. ubi dies prolixior horarum 15. Boreus uerò ordine 14. at Heterosciorum 8. diesq; ibidem prolixior horarum 15. longitudinem itaque latitudine minorem habet milliarium

Germanicorum 34. Ital. autem 136. latitud. Germ. 80. Itali-
corum uerò 345.

ANGLIA.

LVSITANIA.



Lusitania à Lusō Sicelai, decimi noni Hispaniarum regis filio sic dicta, hodie Portugallia, à Gallis populis in Hispaniam nauigantibus, qui Portugallo ciuitati, Oceanūq; mari, & toti regno nomen dedere, appellatur. Extenditur autem hac atate hoc regnum ad Athlanticum usque Oceanum, qui Meridionale eius latus alluit. Cumq; in uersa Hispania hoc tēpore regna numerentur circiter 14. duo tamen ex his principatum tenent, reliquis sub se comprehensis, quorum alterum generali Hispania seu Castilia uocabulo denotatur, alterum uerò, huius tabula Typographica descriptione, declaratur sub Lusitania seu Portugallia uocabulo. Eius uerò originem hunc ferē in modum tradunt Historici. Cœpisse Portugallia regnum circiter annum Christi 1110. idq; ea occasione: Henricus Lotharingia Comes à Gallia ueniens, magnas aduersus Saracenos res gessit, pro quibus meritis Alphonsus sextus Castella rex, filiā notham Tiresiam momine ei locauit, Gallecia partem, quæ in Lusitania regno continetur, pro dote assignans. Ex eo postea matrimonio natus Alphonsus, qui primus Lusitania rex est appellatus, primus item qui Vlyssiponam à Saracenis recepit, quorum quinque simul regibus uno praelio superatis, quinque scutorum insigne facinoris monumentum posteris reliquit. In duo dispepsi regna iam pridem cœpit, quæ enim Athlanticò percutitur Oceano plaga in Austrum uersa, Algarbiorum regnum uocatur, quæ uerò inde Septentrionem uersus Tago, Mūdo, Durioq; rigatur omnibus regio, ad Minium usque porrecta, Portugallia nomen tuetur. Vterius uerò in plures secatur Dynastias, Ducatum, ac Comitatum titulis ornatas, eius regni proceribus parentes. Ab alijs autem secatur in Transaganam, quæ Baetica partem habet, ab Ano flu. ad regni usque li-

mites porrectam: Cistaganam, huic ultra Anam oppositā, & inter amnem Durio, Minioq; flu. interiectam. Terra tamen haud multum id regnum complectitur, cum reliqua Hispania haud quaquam comparandum, Galliaq; multo angustius. Regni Metropolis est Vlyssipona, Vlyssis indicans errores. Insignis amplaq; ciuitas, loco amoenissimo sita, diuitijsq; supra modū affluens, mercium quippe existens emporium, nauiumq; unde quaque aduentantium commodissimum ac famā celebre receptaculum. Regis insuper aula, sedeq; fortunatum ceterarum prouinciarum caput. Vna est ex tribus eius regni Archiepiscopalibus, quarum prima est Braga, tertia uerò Funchala. Vetuscos populi ritus eiusmodi tradunt scriptores Cosmographi. Sunt Lusitani Hispanorum fortissimi, scrutatores, insidiosi, ueloces, agiles, atque uersatiles. Faculum longè iaciunt, & summa arte, in acie diutius perseuerant, mobili corpore, leniq; ut facile & fugiant hostem & insequantur. Omnes montium habitatores, uictu simplici utuntur, aquarum potores, humi cubitores. Hordeacco utuntur uino, nam uitis inopia laborant. Omnes ferē pullis amicti uestibus & sagis, Nummorum loco graui admodum sarcinarum permutatione utuntur, uel extensi argenti laminae frustum abscissum exhibent. Reliquos huius populi mores, qui uolet, ex Strabonis lib. 3. petat, unde hac desumpsimus. Regio itaque felicitate praestat, omnibus paruis & magnis irrigua, qui magna ex parte nauigabiles existunt, atque auri gumulis abundantes. Vicina uerò Tago flu. ceterorum opulentissima sunt oppida. Ager uerò pleriq; in locis argillosus, atque ob id minus fructibus fecundus. Coimbric autem territorium totius Portugallia censetur optimum. Cum autem uitium penuria id regnum laborare dicatur, commendantur tamen apud exteros Algarbiorum uina. Fluuiorum qui hanc oram rigant, nominatissimus nobilissimq; est Tagus, ad ostium

HH

ad ostium

2826

G. de JODE
J. M. L. Van DOETICHUM
2^o Ed. Atlas de JODE 1593
Compte no l'ailid n° 44 de Rouss & Ammann
en 2/10/1990 (lots n° 2826) par 4.050 DM
avec n° 360.000/100

